

veritas mendacii et turpitudine honestatis faciem induit; itaque nil mirum ^(a) si diversi de eadem re summi viri adversa iudicia dent, cum et unus atque idem sepe diversis temporibus sententiam existimationemque mutet. verum, si est quisquam qui aut ingenio perspicere veritatis equitatisque cognitionem possit, aut cura studioque consequi debeat, is unus est dominus Franciscus, in quo nescio industriamne ac ^(b) naturalem ingenii vim, an sollicitudinem perpetuamque diligentiam studiorum magis mirer, aut quid imitari ^(c) facilius videri possit, doctrina an virtus raraque hominis probitas, cum omnia summa sint. is igitur cum amore meo tum ^(d) et desiderio tuo; plurimum enim, etsi nunquam te viderit, amat, quod eum hominem qui es te illi pinxi; iudicium hoc dedit, non pro ambitione ^(e) extensum atque ampullosum, sed pro veritate breve certaque ratione castigatum. ego vero ita scripsi, non quo ^(f) quicquam michi committere auderem, sed ut aliquem tibi laborem meum aliquando darem, studiique huius quod ingressus sum dedicarem tibi primitias. vale. multas ad te epistolas ex Venetiis dedi ⁽¹⁾, quas iam habuisse debes. longiorem illam, quam michi pollicitus es, expecto. iterum vale ^(g). Padue, .iiii. kalendas februarii 1396.

come si vede dai contrastanti giudizi de' più grandi legali, che mutano poi il proprio parere di spesso.

Però, se vi sia chi possa additare il vero, desso è lo Zabarella, vuoi per le doti di mente, vuoi per la singolare sua probità.

Egli adunque volendo compiacere a loro due, ha dato questo giudizio succinto e chiaro;

il V. poi ha detto il pensiero suo solo per offrirgli come chessa un saggio del nuovo studio intrapreso.

Più volte gli ha scritto da Venezia; ora attende la lunga lettera promessagli.

(a) *Codd.* nimirum (b) *CRG* industriam ne an (c) *B* imitatum (d) *BC* cum
(e) *B* non qd pro ambitione (f) *B* quod *G* quod nel testo, ma quo in marg. (g) *RG*
om. iterum vale

(1) D'una dimora del Nostro a Venezia durante questo periodo non abbiamo trovato testimonianza; egli era assente (da Padova?) il 16 ottobre 1395, allorchè dovè intervenire assieme con lo Zabarella quale arbitro d'una vertenza fra Rizzardo di Valvasone e Gio-

vanni di Meduno (*Istrumenti Carraresi*, ms. del Museo Civico di Padova, vol. V, c. 61). In questo documento egli è già chiamato « legum doctor ». Dalla lettera seguente parrebbe ch'egli si fosse trovato a Venezia per le feste natalizie del 1395.